

A b d r u c k

einer

für die frühere Geschichte des einst in Livland herrschenden Deutschen Ordens

wichtigen



GRATULATIONS - S C H R I F T

an

den Herrn Staatsrath und Ritter



zu

Seinem einundachtzigsten Geburtstage

am $\frac{20. \text{ Juli}}{1. \text{ August}}$ 1844.

R I G A,

gedruckt in der Müllerschen Buchdruckerei.

5. 201

An den Herrn Staatsrath

Dr. J. F. v. Recke in Mitau.

Ihnen, mein theurer und verehrter, vieljähriger und immer gleich herzlicher Freund, an dem Tage, da **Sie** das achtzigste Jahr eines für die Wissenschaft und in derselben stets regen Lebens beschliessen, meine Wünsche persönlich darzubringen, werde ich behindert; aber ich kann es mir nicht versagen, **Ihnen** diese kleine, anspruchlose Gabe aus dem Bereiche der Studien, welche den Gegenstand **Ihrer**, wie meiner Lieblingsbeschäftigung ausmachen, als Zeichen meiner Achtung und Liebe zu weihen. Dass meine Wahl dazu Etwas getroffen hat, was nicht gradezu die Geschichte unsers Vaterlandes angeht, sondern nur die frühere Lage des Ordens, der es einst beherrschte und der **Sie** in **Ihren** vaterländisch-historischen Studien oft genug beschäftigt hat: das verzeihen und entschuldigen **Sie** gewiss, um so mehr da die Urkunde, welche ich **Ihnen** hier vorlege, wohl wichtig genug für die Verhältnisse des Deutschen Ordens im gelobten Lande erscheinen dürfte, und da solche bis auf die neueste Zeit den Geschichtsforschern ganz unbekannt gewesen, auch noch nirgends, so viel ich weifs, gedruckt ist. Ich hatte aber auch noch eine äussere Veranlassung, die mich dieselbe wählen liefs, weil ich, bewogen durch einige Ausserungen, die neuerlichst über eine Anmerkung des sel. Brotze zu dieser Urkunde gethan worden sind, eben jetzt diesen Ueberrest des Alterthums in genauere Prüfung nahm.

Empfangen **Sie** denn in dem treuen Abdrucke eines der historischen Actenstücke, welchen **Ihre** Aufmerksamkeit immer zugewendet ist, ein Gleichniß und ein Denkmal meiner treuen Freundschaft für **Sie** und lassen **Sie** mich daran den aufrichtigsten Wunsch für **Ihr** Wohl knüpfen, welcher heute mein Herz lebhafter, denn je, bewegt. Möge **Ihnen** die Vorsehung noch fernerhin Kraft und Regsamkeit des Geistes fristen und **Sie** **Ihren** Freunden, der Wissenschaft, dem Vaterlande bis an's Ende **Ihrer** Tage in gleicher Rüstigkeit erhalten!
Vive valeque!

Riga, im Juli 1844.

Dr. Napiersky.

Urkunde

des Römisch-Deutschen Kaisers Friedrich II. über Schenkungen
an den Deutschen Orden in seinem Königreiche Jerusalem, vom
5. Januar 1225 (1226), in einem Transsumpte d. d. Wien,
den 5. Februar 1393.

1161 / 12. Monat

(Vergl. Index corp. hist. dipl. Livon. I. 6. nro 18 coll. pag. 124. nro 492, J. Voigt's
Gesch. Preussens II. 207, F. G. v. Bunge's Archiv für die Gesch. Liv-, Esth- und
Curlands III. 110.)

JOHANNES HÜBNER Ratisponensis et Pataviensis ecclesiarum Canonicus
officialis Curie Pataviensis Vniuersis et singulis ad quos presentes nostre
littere pervenerint Salutem et sinceram in domino caritatem Quia honora-
bilis ac Religiosus vir dominus Michahel Commendator domus fratrum
Theutonicorum in Wienna Pataviensis diocesis nobis quasdam patentes
litteras in pergameno conscriptas, Serenissimi diuina fauente clemencia do-
mini Friderici Romanorum imperatoris et semper Augusti Jherusalem et
Sicilie Regis eius vera bulla aurea in filis sericis rubei et gilui coloris
impendente sigillatas, sanas et integras non viciatas, neque corruptas sed
omni prorsus vicio carentes et suspicione, presentauit. Petens humiliter
et attente suo ac dicte domus nominibus quatenus prefatas litteras de
verbo ad uerbum transsumi transscribi et exemplari fideliter ac in publi-
cam formam redigi faceremus et decretum nostrum ac auctoritatem ordi-
nariam huiusmodi transsumpto interponeremus ut ipsi transsumpto tamquam

dictis litteris originalibus in iudicijs et extra firmiter staretur in antea et adhiberetur plena fides presertim cum dicte littere originales propter diuersa viarum discrimina et pericula deferri hinc inde ad loca oportuna et necessaria non possint, quas quidem litteras per nos receptas diligenter visas inspectas et auscultatas per notarium nostrum publicum infrascriptum transsumi transscribi et fideliter de verbo ad verbum nil addendo uel minuendo quod sensum mutet seu viciet intellectum ac in publicam formam redigi mandauimus ac decretum nostrum et auctoritatem ordinariam interposuimus huiusmodi transsumpto et tenore presencium interponimus ut ipsi transsumpto seu exemplari in antea in iudicijs, et extra firmiter stetur et adhibeatur plena fides, tenor vero dictarum litterarum Imperialium per omnia sequitur in hec verba **C** In nomine sancte et indiuidue trinitatis Fridericus diuina fauente clemencia Romanorum Imperator et semper Augustus Jherusalem et Sicilie Rex, Si Religiosa loca quibus milites cristi degentes in eis gloriosa ineunt aduersus hostes crucis indefessa certamina et diuini cultus obsequij iugi et laudabili deuocione prestatur pia prouisione respicimus et collata sibi beneficia conseruantes munifica liberalitatis nostre largicione prosequimur ac nostrorum adieccione munerum liberaliter ampliamus et libamen gratuite deuocionis offerimus de cuius indulgencia recognoscimus non ingrati quod uiuimus et ab exuberanti sue dispensacionis obtinuimus gracia quod regnamus. Hinc est igitur quod presentis scripti serie notum fieri volumus vniuersis quod pia consideracione pensantes qualiter sacra domus sancte Marie Theutonicorum in Jherusalem a Romanis principibus progenitoribus nostris recordacionis inclite faustis fuerit inchoata principijs et immensis beneficijs ampliata, qualiter eciam in Jherosolimitanis partibus postquam cepit dignis ibidem conatibus domino militare aduersus hostiles sarracenorum incursus se totam cum suis exposuerit incrementis et predecessoribus dilecte consortis nostre Ysabelle [*forte leg. Yolante*] Romanorum Imperatricis semper Auguste Jherusalem et Sicilie Regine deuota fuerit et circa eorum regimen beniuolis obsequijs non ingrata

reuoluentes insuper animo deuocionem precipuam fratris **Hermanni Magistri** domus eiusdem aliorumque fratrum dedicatorum in ea quorum ministerio deo et hominibus grato fungitur aula nostra diuini retribucionis intuitu ac pro remedio animarum progenitorum nostrorum et pro communi salute ac glorie incremento eandem sacram domum et quaslibet deriuatas ab ea fratres et confratres ipsarum cum omnibus bonis stabilibus et mobilibus que per totum Jherosolimitanum Regnum nostrum iuste possident inpresenti et que in antea iusto tytulo poterunt adipisci necnon subditos eorum legacionem suam atque negocia exercentes sub speciali protectione ac deuocione nostra recipimus vnacum assensu predictae nostre consortis, gratuito concedimus et perpetuo confirmamus eidem sacre domui omnia priuilegia et scripta quelibet que tam a predecessoribus quam a parentibus predictae consortis nostre dicte domui pia fuerunt liberalitate concessa, necnon insuper castra casalia homines et possessores que donatione Regum concessione principum et oblacione fidelium siue quolibet alio iusto tytulo est adepti uel infuturum poterit adipisci, quorum quedam proprijs duximus uocabulis exprimenda, Inprimis Castellum Regis cum omnibus pertinencijs suis excepto Casali quod uocatur Jaron quod Castellum Regis olim Comes Otto de Herenberg et Beatrix vxor sua filia quondam Jotzolini Comitis et Otto eorum filius predicto Magistro et fratribus uendiderunt et quitquid habebant, et habere debebant in eodem Castello regis tenendum et possidendum sicut idem Comes Otto Vxor filius et predecessores eorum tenuerunt et possiderunt libere et quiete Cuius Castellum regis pertinencie et Casalia secundum tenorem scripti illustris regis Johannis super hoc eidem domui indulti inferius continetur. Videlicet Tharssia Carphasome Samothete Geelm Zoenite Belethmj Carfile Rasapde Supheie Caphara Hesetchie Danehile Labeine Inbye Betheria Habelie Amea Geze Ghil et medietas Noie Similiter sund de pertinencijs predictis Phasoce Achara Tayretrane Thayrebieta Phennes Carsilie Serchu Gabasye Orpheis Roeis Campsara Capsye Delhea Derbasta Rapho Rabeb Ezefer Bersei


Similiter et tercium feudi de sancto Georio cuius pertinencie et Casalia sunt hec Arehet Yanot Cabra Meblie Sapher Lemezera Kemelie et tercium Casalis de Bukeel cum pertinencijs eiusdem et tercium de Assisia que est de hoc eodem feudo Tercium Octingentorum Bisanciorum assignatorum ad Cathenam Accon cuius tercij summa est ducenti sexaginta et septem Bisancij minus tercia quos prefati Magister et fratres predicto Illustri Regi Johanni et suis successoribus inperpetuum quitauerunt et remiserunt vna cum assisia duorum milium Bisanciorum ad Cathenam Accon similiter assignatorum, quam assisiam nominati Comes vxor et filius vendiderunt eisdem, Et quia idem Magister et fratres quitauerunt similiter et remiserunt dicto Regi eiusdemque successoribus quidquid est ad presens in manibus Sarracenorum de predicta vendicione cum fuerit a fidelibus atquisitum, Nos vna cum consorte nostra predicta pro remedio animarum predecessorum nostrorum necnon pro salute et incolumitate nostra predictam remissionem et quitacionem de tercio videlicet de Assisia octingentorum Bisanciorum cuius tercij summa est ducenti et sexaginta et septem Bisancij minus tercia et de alia Assisia duorum milium Bisanciorum ad Cathenam Accon similiter assignatorum — — specialiter remissionem et quitacionem super eo videlicet quodcunque a Sarracenis detinetur ad presens de rebus iam dicto Magistro et fratribus ac domui sue predicte venditis a suprafatis Comite Vxore et filio tam in Castris quam in casalibus tenimentis alijs necnon et hominibus eidem sacre domui liberaliter relaxamus concedentes et donantes eidem libere omnia bona predicta feudi tocius in eo statu et integritate in quibus predictus Comes Joczolinus pater eiusdem Comitisse Beatricis ante amissionem terre sancte dignoscitur possedissee ac iuste possidere debebat et ad eandem Comitissam Beatricem paterno et materno Jure ratione successionis spectabant ac eadem Comitissa Beatrix vna cum viro et filio vendidit predicto Magistro et fratribus tam ea que in manibus suis erant quam ius eorum que fuerant occupata, et Assisias predictorum Bisanciorum ad Cathenam Accon assignatorum Ex affluencioris quoque gracia

vberrate adhibendo concedimus. presenti sancientes edicto, ut quam cito bona illa predicti feudi que violencia sarracenorum occupauit recuperata fuerint diuina misericordia faciente ad eandem sacram domum vendicionis ipsius tytulo et indulte sibi presentis concessionis nostre munimine deuoluantur et liceat Magistro et fratribus domus ipsius possessionem eorundem bonorum auctoritate nostra resumere et habere Concedimus insuper vt omnia bona predicta ipsius feudi tam habita quam habenda eadem sacra domus perhenniter et quiete possideat ab omni seruicio libera et exempta, Item concedimus et confirmamus eidem domui quandam domum in Accon que fuit quondam Comitum Joczolinj sicut in autentico scripto vendicionis predictorum Comitum Vxoris et filii necnon et in priuilegio memorati Regis eidem domui indultis de domo ipsa manifestius continetur, cuius domus situs talis est, Ab oriente habet quandam ruellam et ab occidente quandam clausuram domorum que sunt Abbatis montis Thabor, a meridie est via publica a Septembrione coheret domui Rohardi domini Cayphas prout in eisdem vendicionis scripto et priuilegio ipsius Regis designatur expresse, Preterea concedimus et confirmamus eidem sacre domui totam Barbacanam Turres quoque muros et fossatum ametha porprisieque Henricus Comes Treter Palatinus assensu quondam et voluntate domine Ysabelle uxoris sue illustris regis Almerici filie ipsi domui in perpetuam elemosinam concessit, vsque ad portam sancti nicolai, Ea tamen condicione, ut ea reparent et meliorent prout municionis ciuitatis necesse fuerit sicut in priuilegio eiusdem Comitum predictae sacre domui indulto plenius continetur Concedimus insuper et confirmamus eidem domui partem quam illustris Rex Johannes sibi concessit cum lucro quod faciunt fratres domus eiusdem in armis existentibus hominibus regis cum eis absente rege reseruata sibi et suis successoribus porcione qualibet in lucro quod eo presente faciunt Idem fratres in armis in regno Irhosolimitano videlicet meditate tocus lucris siue in villis siue in castris siue in expedicionibus siue in quibuscunque alijs locis sicut priuilegium eiusdem regis obtinet ipsa domus,

Concedentes eidem sacre domui de munificencia liberali libertatem aquarum herbarum et lignorum vbique perdemanij [*leg.*: per domini] nostri terras ad sui et suarum domorum vsum et ut de ipsis per totum Irhosolimitanum regnum nostrum nichil per [*leg.*: pro] platentico uel consuetudinibus aliquibus uel statutis in terra uel mari soluere teneantur Sed alijs libertatibus et immunitatibus perfruantur quas a predecessoribus nostris progenitoribus eiusdem consortis nostre obtinuisse noscuntur, firmiter statuentes, ne quis domum eandem et fratres predictos de tenementis et possessionibus ipsius domus sue sine iudicio et iusticia presumat aliquatenus dissasire, De habundanciori quoque gracia nostra eidem domui et fratribus suis concedimus et perpetue confirmamus et de prouentibus et bonis suis que ad partes dirigunt cismarinas pro domus utilitatibus et ipsorum nichil ab ipsis pro rebus domus proprijs ratione portatici falongatici Ripatici thelonei uel alicuius alterius exactionis et iuris domorum uel portuum in introitu uel exitu exigatur. Eximimus insuper domum ipsam et domus deriuatas ab ea ab omni collecta seu exactione Angaria et perangaria et ab omni onere cuiuslibet seruitutis, Statuentes et auctoritate presentis priuilegij vniuersis firmiter iniungentes, ne aliquis sepe dictam domum et fratres ipsius super predictis omnibus molestare presumat quod qui presumpserit, centum libras auri puri componat medietatem camere nostre et aliam medietatem passis iniuriam persoluendam, Vt autem hec protectio concessio et confirmacio nostra inconcusse permaneant et perpetuam semper obtineant firmitatem presens priuilegium fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communire ac subscriptis testibus roborare, Huius vero rei testes sunt de Imperio Reynaldus dux Spota Berchtoldus frater eius Gotfridus de Hohenloch Albertus et Conradus de Stüphen et Gaynanus de Cypro De Regno vero Ir^{litano}, Jacobus Venerabilis Acconensis Episcopus Ralianus dominus Sydonis Daniel de tauremund, Nicolaus Ancelinj Gvido de infante Gvido de Roman Rao cognatus patriarche, Geruasius de mangastel Philippus Chinardi Johannes pisanus Raymundus Siwaldus

Gotfridus de Villiers Guido de Nubie, de regno autem Sicilie laudo Veneris Regimis [*leg.* Venerabilis Reginensis] Archiepiscopus Bartholomeus Siracusanus Episcopus Thomas Comes Acerrarum Simon Comes theatinus Comes Reynaldus de banaretha Hainricus de Morr Magister Justicianus et Richardus Camerarius Actum est hoc Anno dominice incarnationis Millesimo Ducentesimo Vicesimo quinto Mensis Januarij quartadecima Indicione Datum per manus Simonis Venerabilis Tyrensis Archiepiscopi et regni Irhosolimitanj Cancellarij Imperante domino nostro Friderico dei gracia inuictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto Irhlm et Sicilie rege, Anno Romanj Imperij eius sexto regni Irhosolimitanj primo et regni Sicilie vicesimo octauo feliciter Amen In cuius rei euidentis testimonium presentes litteras seu presens transsumptum per notarium publicum infrascriptum scribi et publicari mandauimus nostrique sigilli fecimus appensione roborarj Acta sunt hec Wienne patauiensis diocesis in domo nostre habitacionis Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo tercio Indiccione prima die vero quinta mensis Februarij hora quasi nonarum Pontificatus Sanctissimi in cristo patris ac domini nostri domini Bonifacij diuina prouidencia pape noni anno quarto, presentibus Venerabilibus et circumspectis viris dominis, Ottone de Layming Johanne de Regen Canonicis Ecclesie ac Johanne Sakch, clerico Patauiensi testibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

Et ego Symon quondam Vlrici de Ruerding clericus Patauiensis diocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius Quia predictarum litterarum Imperialium presentationi, recepcioni, tradicioni, requisicioni, inspeccioni, decreti interposicionj, omnibusque alijs et singulis, dum sic vt premittitur fierent et agerentur, vna cum prenomatis



testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audiui Ideo de mandato prefati domini Johannis Hübner me alijs arduis occupato negocijs, dictas litteras imperiales, per alium fidelem transsumi copiari et exemplari feci nichil addendo uel minuendo quod sensum mutet seu viciet intellectum, ipsasque litteras, originales cum presenti transsumpto, collatione preuia, per omnia concordare, nichilque additum esse siue diminutum, inueni, et in hanc publicam formam redegi, ac Signo et nomine meis solitis et consuetis hic me propria manu subscribendo, consignauit, necnon appensione Sigilli supradicti domini Johannis Hübner roborauit, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

